



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

31. An ad privationem privilegii opus sit sententia declaratoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Quæstio hæc non parum pender ab eis quæ supra libro secundo quæst. 42. attimus, quæ nolo hic reficere.

Satis sit breviter, hæc quæstionem affirmative concludere, si Papa id faciat ex certa scientia *tex. cap. suborta ubi glo. & DD. cap. suggestum, de re iudic. Abb. c. 1. nu. 15. eod. tit. Abb. cap. suggestum, de decimis Spec. de instr. edit. §. nunc autem videndum nu. 12.* Secus autem si sententia lata esset ab Episcopo, quia tanquam à non iudice exnilitate impugnari posset & etiam post cursum longi temporis dixi supra à quæst. 40. *Card. Clem. 1. quæst. 14. de re iud. Dec. conf. 38. n. 7.*

QVÆSTIO XXXI.

An ad privationem privilegij opus sit sententia declaratoria,

Plurifariam apud doctores disputatur, an ad privationem juris, aut privilegij opus sit sententia declaratoria, qua de re compendij gratia videri poterit Caillius in suis observantibus imperij lib. 2. obs. 51. & Rebuffus de privileg. scholar. privilegij 140. num. 2. tradens ad privationem privilegij opus esse trina citatione. & Collectarius, dicens privilegium per superiorem esse temperandum, non autem propria autoritate contraveniendum, in *cap. suggestum in pr. de decimis lo. Andr. Clem. 1. eod. tit.* Item quæ apposite notavimus supra eod. lib. quæst. 7. num. 4.

QVÆSTIO XXXII.

Excommunicatus an privilegio exemptionis privatus censeatur,

Omissa disputatione, censeo privatum non censerj. Ratio sumitur ab Analogia Clericorum ad exemptos, Clerici enim excommunicati privilegium fori, item cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. ac communiter Ecclesiæ non amittunt, *Innocent. cap. si vero numer. 3. de sent. excom. ubi Fel. numer. 2. Abb. 6. penult. numer. 8. de immunit. Eccles. Navarr. in Manuali cap. 27. numer. 79. valde late Gregorius Sarrus in Thesuro Theologia moralis par. 1. lib. 2. cap. 10. numer. 15. 16. 17. 18. 19. Navarrus conf. 9. numer. 6. de cleric. excommun. par. 2.* Unde idem videtur statuendum in exemptis, vide supra lib. 1. quæst. 45. n. 5. Tum quod exemptiones concessæ sunt ad coercendam violentiam ordinatorum, ac eorundem exemptorum tutelam,